



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX: || DE  
CANONICA ET MO- || nastica Disciplina collapsa  
restau- || randa, pristinoque nitori || restituenda. ||**

**Schulting, Cornelius**

**Coloniae Agrippinae, 1599**

**VD16 ZV 14233**

Reverendissimo Ac Illvstrissimo Principi Ac Domino, D. Theodoro A  
Fvrstenbvrgh Electo & confirmato Episcopo Paderbornensi, Clementissimo  
suo Principi ac Domino.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63372)

REVENDISSIMO  
AC ILLVSTRISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO, D. THEO-  
DORO A FVRSTENBURGH ELECTO  
& confirmato Episcopo Padebornensi, Cle-  
mentissimo suo Principi ac  
Domino.



*V*M quinq; hostium Ecclesia sint gene-  
ra nempè Pagani, Iudei, Mahumetani,  
Philosophi & haretici, ex ijs pra cate-  
ris postremi maiorem molestiam sem-  
per Christi sponsa exhibuerunt. Et quanquam hino-  
uissimi in varias classes distribuuntur, nulli tamen ijs  
qui à Ioanne Caluino nomen sibi sumserunt, maiorem  
calamitatem vnquam Christianis attulerunt, cum  
quibus Catholica Ecclesia potissimum tribus de rebus  
assiduam & quodammodo implacabile bellum gerit,  
nempè de dogmatum fidei articulis varijs, de legiti-  
mo cultu diuino, deq; Disciplina totius Christianae Rei  
publicae neruo. Dogmata & articulos fidei in Ioannis  
Caluini Institutionibus, & Petri Martyris locis com-  
munibus praecipue & vehementer corruptos maximo  
labore & in redibili industria vindicare conatus sum  
vt apparebit breui, si Deus benignè vitam concesserit  
in nostris edendis corra Ioannis Caluini institutiones,  
& eadem opera contra Petri Martyris locos commu-  
nes operosissimis & laboriosissimis Animaduersioni-  
bus, Diuinum cultum & antiquam maiorum nostro-  
rum

P R A E F A T I O.

rum deuotionem in quatuor Tomis Commentario-  
rum Ecclesiasticorum de diuinis officijs non modò co-  
piosè perpurgare, sed etiam errores Lutheranorum,  
Caluinistarum, Anabaptistarum, & aliorum hereti-  
corum, qui ex falsa eorum doctrina oriuntur, cum  
veram legem supplicandi lex statuatur credendi, ut ha-  
beat aurea Celestini Pontificis sententia in diuino cul-  
tu sacrèq; ministerijs fusè confutare admixtus. Nec  
Disciplina ratio ex doctrina dependet, cum ve-  
rissimè index doctrina & gemina eius soror à veteri-  
bus appelletur, sic ut corrupta dogmarum veritate  
disciplinam apud hereticos consimilem consequi sit  
necesse. Ut autem simia homines, sic tam in diuino  
cultu quam disciplina heretici Lutherani praesertim,  
Catholicos in plerisq; imitari student. Caluinista ve-  
rò tanquam vulpes, ea, qua ad nostra diuina Officia  
& Ceremonias pertinent, demoliri & funditus ex-  
stirpare omnibus viribus pene omnia moliuntur, qua  
verò Disciplinam attingunt veterem mutatis saltem  
nominibus pene vniuersa omni studio in suis synho-  
dis & libris de Politia restituere & reuocare con-  
nantur, aded vt sicuti in diuinis Officijs & Ceremo-  
nijs extirpandis vulpes, sic in Disciplina veteri imi-  
tanda simia manifestè deprehendantur. Quod dixi  
mutatis nominibus sic intelligi cupio. Sublatis Episco-  
porum, Archidiaconorum, archiprasbyterorum, De-  
canorum ruralium, conciliorum, Capitulorum. Disci-  
plina ad illius vocabulis, penes quos apud veteres &  
apostolicos viros omnis exercenda Disciplina Eccle-  
siastica

cap. ii. epist.  
sua.

P R A E F A T I O.

*h*astica potestas & auctoritas residebat, in eorum lo-  
*c*um, suos Ministros, Seniores, Laicos, Decanos, Clas-  
*s*es, & Decanos classium, Consistoria, Prasbyteria,  
*co*nuentus Ecclesiasticos, rebus propemodum iisdem in  
*mu*ltis nobiscum retentis, substituerunt. De Disciplina  
*no*stra Ecclesia restituenda his sex libris agere modo  
*no*stri instituti & propositi est; sed de Disciplina per-  
*uer*sa & corrupta, qualis in Caluinistarum Synhodu  
*Gal*licia, & Belgicis eorundemq; varijs De Disciplina  
*&* Politia Ecclesiastica libris à me perlectis reperiri  
*ex* proposito peculiari iusto volumine iam magna ex  
*parte* à me pertractatum est, & copiosius multoque  
*adh*ibito indefesso studio multiplici variaq; lectione  
*am*plius pertractandum erit, & auxilijs necessarijs  
*sup*petentibus hac & alia superiora ad honorem nomi-  
*ni* vestri publicè omnibus communicabuntur. Hos  
*aut*em de Disciplina libros Reuerendissime Praesul ad  
*Cel*sit. V. mitto gloriosa & honorifica nomini vestri  
*fama* permotus, quod amore Orthodoxa religionis  
*du*cta. Collegium PP. Societatis Iesu erexerit, Calui-  
*n*istarumq; iconoclastiam detestata, Imaginem Chri-  
*sti* crucifixi, ex auro purissimo confectam, qua sexa-  
*g*ies mille florenis empta fuerat, quam Otho 2. Volck-  
*ma*ri viri pijs & nullo non honoris gradu dignissimi,  
*an*no Domini 955. fauore vt Cranzius refert dona-  
*uit*, religiosissime custodiat, quod Disciplinam Eccle-  
*si*asticam in sua Diocesi strenuè & paternè vestigijs  
*an*tecessorum insistendo exerceat. Meinvercus enim  
*An*no Domini circiter 1030. Vualonem Corbeianum  
*Abba-*

P R A E F A T I O.

Abbatem, quod censuram suam de vitiosis Cœnobij  
 moribus corrigendis repudiaret, loco mouit. Laudat  
 & Imadum Cranzius lib. 4. cap. 30. quod religionis  
 cultum magno studio fouerit, quod Ecclesiastica Dis-  
 ciplina curam gesserit diligentissimam & maximam  
 Anno Domini 1052. Tanta est præeminentia, sublimi-  
 tas & prærogatiua Episcopi Paderbornensis, ut habeat  
 hoc priuilegium, quod solis conceditur archiepiscopi,  
 nempe vsum Rationalis, quod Bernhardus eius nomi-  
 nis Episcopus primus Paderbornensis vnâ cum Lo-  
 thario Romam profectus ab Honorio 2. Pontifice im-  
 petrauit sicuti & Bernardus 3. anno 1202. plura insi-  
 gnia priuilegia ab Honorio 3. accepit. Ex Episcopis  
 Paderbonensibus etiam Cardinales electi, sicuti Oli-  
 uarus Cardinalis Sabinensis fuit Bernhardus numero  
 4. Episcopus Paderbornensis nonnihil de rigore seue-  
 ra Discipline Ecclesiastica remisit, dum Canonicis  
 suis permisit ex regularibus fieri seculares vel potius  
 ut Cranzius libr. 7. cap. 50. in Metropoli interpreta-  
 tur regulares sine regula vel irregulares, circiter an-  
 num Domini 1250. sed in eo purgandus videtur, quod  
 necessitati temporum cedere & inclinanti ac collaben-  
 ti paulatim discipline se accommodare, & aliarum  
 Ecclesiarum imò ipsius Pontificis concessioni & consue-  
 tudini conformem se reddere fuerit coactus; cum an-  
 te Treuerenses, Moguntinenses, VVormacienses, Spi-  
 renses, Leodienses, Colonienſes, ut ostendit doctè &  
 pulchrè Ioannes Molanus D. Louaniensis li. 1. de Ca-  
 nonicis cap. 14. & 15. suaue illad communis vite iu-

P p

gum

P R A E F A T I O.

gum affluentibus opibus pietate ac concordia decrefcentibus dissolutiores facti excussissent. Sed V. C. laudatur à pijs omnibus Disciplina zelo estuātibus, quod prolapsam in collegijs & monasterijs sua Dioceseos Disciplinam restituat, iacentem erigat, extinctam accendat. Impulit quoq; me ad hunc utilisimū argumenti librum C. V. inscribendum, quod cum duo nepotes vestri fratris Satrapa, filij maxima spei & expectationis adolescentes nobiles Reueren. DD. Godofridus & Fredericus à Furstenburgh, Canonici Metropolitanani Moguntiaci & Treuerenses, sub mea scholastica disciplina in Gymnasio celeberrimo Laurentiano Coloniensi me Rectore summa honestate morum & modestia aliquot annis militarint, eosdemq; intimo amore ob heroicam indolem fuerim complexus, ex iisdemq; de laudatissima administratione Dioceseos vestra in Disciplina, in diuino cultu & obseruatione Catholicae religionis multa praecleara vi & ex alijs intellexerim, officij mei esse putavi talem tantumq; virum, qui à Caroli Magni temporibus ad se derivatam religionem, disciplinam, & diuinum cultum adeo heroicè & strenuè restituit ac tuetur, hoc scholastico munere salutandum esse; accedente etiam ea causa quod frater vester Casparus à Furstenburgh nobilissimus Satrapa in Bilstein I. C. non aspernandus, vtpotè qui Colonia Iuris lauream publicè ante plurimos annos promeruerit, quondam Coloniae Doctoris Petri Schultingij Steinuichij Senatus Coloniensis Syndici, Iurisque Professoris Ordinarij fratris mei longè carissimi,

non

P R A E F A T I O.

non auditor tantum in lure fuerit, sed etiam per omnem vitam summa amicitia coniunctissimus & de-  
uinctissimus. Quod si igitur nominis sui patrocínio hūc  
factum nostrum dignata fuerit Cels. V. non modo de  
Ecclesia & mea persona bene merebitur, sed etiam  
conatus meos ad maiora ante nominata absoluenda  
& perficienda alacriores reddiderit. Deus Optimus  
Maximus V. Reuerend. Cels. ad annos longos Nesto-  
ris in utroque homine tranquillè & pacificè pro gu-  
bernatione ordinatissima Ecclesiae Paderbornensis sem-  
per sanam tueatur. Datum Colonia ex Collegio S.  
Andree, Anno 1598. ipsis Kalendis Iunij.

Reuerendissima Cels. V.

aliens humilis

Cornelius Schultinge  
Steinyvich.

DE